

DISPUTATIO THEOLOGICA  
IN  
NONUM ET DECIMUM  
CAPUT  
S. MATTHÆI,  
QUAM  
ΣΤΝΘΕΩ.

AC

P R Æ S I D E

JOH. CHRISTOPHORO PFAFFIO,  
S. Theol. Doct. & Prof. P. Ordin. ac  
Ecclesiæ Decano,

Defendendam suscepit

Ad D. Febr. M. D. CC. XIV.

M. CHRISTOPHORUS OTTO Hölder / Oberwäldensis.  
SS. Theol. Stud. & Ser. Stipend. Respondens.

TUBINGÆ,  
Literis VIDUÆ GEORG-HENRICI REISL

44.

H. O. H.

l. diss. A  
83, 20

Diff. H. 208. (20.)



SERENISSIMI WÜRTEMBERGIAE DUCIS  
SENATUI ECCLESIASTICO PER-INCLUTO,

VIRIS

MAGNIFICO, CONSULTISSIMO,  
SUMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS, EXCEL-  
LENTISSIMIS, ATQUE DIGNISSIMIS,

DN. JOHANNI OSIANDRO, Potentissimis Sueciae & Po-  
loniae Regibus à Consiliis Ecclesiasticis, & Sereniss. Würtemb.  
Ducis Intimo Status Consiliario, Consistorii Directori Emi-  
nentissimo, Coenobii Hirsoy Abbati, Ordinumque Provincia-  
lium in Senatu Selectiori Assessori Gravissimo.

DN. JOHANNI PHILIPPO DATT, Jcto Famigeratissimo,  
Serenissimo Würtembergiae Duci à Consiliis Justitiae, Con-  
sistorii Ducalis Assessori, Senatus Fiscique Ecclesiastici Ad-  
vocato Nobilissimo.

DN. CHRISTOPHORO ZELLERO, Coenobii Laureacen-  
sis Abbati nec non Consistorii Assessori Gravissimo.

DN. ANDREAE ADAMO HOCHSTETTERO, SS. Theol.  
Doctori Profundissimo, Ejusque In almâ Eberhardinâ Pro-  
fessori Ordinario, Serenissimi Würtemb. Ducis Conciona-  
tori Aulico Primario, Ducalis Consistorii Assessori & Mo-  
nasterii San-Georgiani Abbati Dignissimo.

DN. MATTHÆO ESENWEIN, Ecclesiae Cathedralis Stut-  
gardianae Antitisti, Coenobii Albæ-Dominorum Praefuli, Con-  
sistorii item & Confessus Provincialis Assessori Meritissimo  
Gravissimo.

*Dominis, suis Promotoribus atque Patronis pio  
obsequii honorisq. Cultu sanctissime Devenerandis.*

Paginas hasce Theol., ventilationi publicè  
expositas eâ, quâ par est, animi submissione offerre  
debuit, voluit.

TANTORUM NOMINUM

Cultor observantissimus

*Respondens.*







CAPUT NONUM  
S. MATTHÆI.

Verf. I.

**I**N JESUS à Gadarenis abire jussus, Matth. VIII. v. 34. ingressus navigium, Qui super aquis incessit, Matth. XIV. v. 30., hinc utitur navi ceu homo quisque vulgaris, Phil. II. v. 7. hoc ipso docturus, media ordinaria multò minùs fore aliis negligenda, nedum ulli DEUM esse tentandum, Matth. IV, 6. 7: trajecit & non egit eremitam Prov. IX. v. 3. sed venit secundum, conf. Marc. II. v. 1. in urbem, Capernaum, utut non adeò probam, Matth. XI. vers. 23. † Civilis cum improbis conversatio nec prorsus vetita nec declinatu possibilis est, 1. Cor. V. v. 10. Habitavit enim Christus Capernaumi, Jacob in tentorio Labanis Gen. XXXI. 38. Joseph sub tectis Potipharis, cap. XXXIX. v. 4. Ancilla fidelis in ædibus Naami, 2. Reg. V. v. 2., & Daniel in Regia barbarâ c. l. suam (non κτήσεται, possessione enim nullum Exinanito peculium fuit, Matth. VIII. v. 20., sed tantum) χεῖρσιν, conductitiâque inhabitatione, Matth. XI. v. 23. XVII. v. 24. Luc. IV. v. 31. Joh. II. v. 12. † Ubi DEI Verbum habitat, ibi

A

ibi



ibi pulchra Christi civitas est, quam gratiosâ suâ is præsentia implet. Psalm. XLVI. vs. 5. XLVIII. vers. 8. LXXXVII. vs. 2. 3. Ezech. XLVIII. v. 15.

## II.

Ecce nec meruerunt nec satisfecerunt, ut Peltano videtur, sed adduxerunt. \* Fides per charitatem efficax Gal. V. vs. 6. onus portat alterius, 1. Cor. XIII. vs. 7. Gal. VI. vs. 2. Jes. II. vers. 22. Paralyticum in lecto decumbentem sic longè feliciorum illo ab omnibus deserto omnique humana ope destituto Joh. V. vers. 7. quin imò ipso Davide, Psalm. XXXVIII. v. 12. IESUS autem qui causa remissionis peccatorum principalis, Luc. VII. v. 48. ac Meritoria, Matth. I. v. 21. Act. V. v. 31. X. v. 43. 1. Cor. VI. v. 11. 1. Joh. II. v. 12. Eph. I. v. 12. videns oculis suis, Jer. V. 3. fidem, en nulla sit mentio operum, illorum non tantum bajulorum, sed ipsius quoque paralytici, qui nisi credidisset ipse, nec per tegulas demitti voluisset, nec Christi filius audivisset, nedum peccatorum remissionem impetrasset, *uti rectè sentiunt Chrysostomus Homil. XXX. in Matth. T. II. f. m. 190. & C. Fansenius. Conc. Ev. C XXXII. f. m. 203.* \* Fides aliena facit ad collationem beneficiorum maximè corporalium, Gen. XX. v. 17. Num. XII. vers. 13. Matth. VIII. v. 6. XV. v. 22. Joh. IV. v. 46. Jac. V. vs. 14. 15. dixit. \* Verbum DEI causa est remissionis peccatorum *δοτική*, Rom. I. v. 16. X. vs. 17. 1. Tim. I. vs. 15. Paralytico, Confide. \* Fides cuique propria Hab. II. v. 4. est causa remissionis peccatorum *ληπτική*, Luc. VII. v. 48. 49. 50. Act. X. v. 43. XIII. 38. 39. Jac. V. v. 15. certaue ac indubia, ut de remissione illâ obtentâ nulli fidelium ambigendum sit. Rom. V. v. 1. VIII. vs. 16. 35. 36. Fili Joh. I. vs. 12. \* Paterna DEI Gratia est causa remissionis peccatorum *προηγμένη*, Num. XIV. vs. 23. Ps. XXV. v. 7. II. v. 5. Mich. VII. v. 18. Luc. I. 78. Eph. I. v. 7. sunt citra præviam confessionem auricularem, pœnamve irrogatam aut satisfactionem operis remissa. \* Remissio peccatorum fons est ac principium salutis, Psalm. CIII. v. 3. 4. Jes. XXXVIII. v. 17. Jer. XXIII.



XXIII. v. 6. 8. Jac. V. v. 15. unde animæ cura curæ corporis necessario præmittitur. Jes. XXXVIII. v. 2. Syr. XXXVIII. v. 10. 11. 12., Jac. V. v. 14. 15. tibi. \* Absolutio privata novum inventum non est. Num. V. v. 6. 2. Sam. XII. v. 13. Luc. VII. v. 48. XIX. v. 8. peccata tua. omnia, Psalm. CIII. vers. 3. \* Morborum causæ sunt peccata, quæ sublati tolluntur & ipsi Ps. XXXIX. v. 12., Syr. XXXVIII. v. 15. Matth. VIII. v. 17. Joh. V. v. 14. IX. v. 1. 2. 3. 1. Cor. XI. v. 30. Rom. VI. vers. 23. v. Rivet. T. III. f. 338. Gieß. Diss. T. VI. p. 189.

### III.

Tum ecce quidam è scribis cogitabant intra se.

\* Ex corde confurgunt cogitationes malæ Gen. VIII. v. 21. Jerem. IV. v. 22. Matth. XV. v. 19. 1. Cor. II. v. 14. Rom. VII. v. 7. 18. Hinc usque cor mundum flagites ex Psalm. LI. vers. 12. hic blasphematur remissionem peccatorum soli DEO propriam sibi vindicando. \* Hoc occæcati mundi est ingenium, ut alios judicet temerè Matth. VII. v. 3. Rom. XIV. vers. 4. optima carpat pessimè Syr. XI. v. 33. & imputet aliis quæ patrat ipse, uti Scribæ Sanctum sanctorum postulando blasphemiam hujus rei evaserunt ipsi, Jesaia. XXXVII. v. 23. 24. confer 2. Sam. XII. v. 5. Rom. II. v. 1.

### IV.

Videns autem JESUS Filio hominis blasphemiam excidisse adeo nequit, ut sibi potius ipsum DEI Filium personaliter unctum esse cunctaque idiomata divina esse communicata docuerit non tantum peccata remittendo Jes. XLIII. 25. Psalm. XXXII. v. 2. Mich. VII. v. 18. Luc. VII. v. 48. 49. Col. III. v. 13. & morbos miraculosè curando omnes. Psalm. LXXVII. v. 15. LXXXVI. 10. Matth. XI. v. 5. Luc. XXIV. v. 19. Joh. III. v. 2. V. 36. X. 38. Sed maxime etiam corda inspiciendo. 2. Par. VI. v. 30. Psalm. CXXXIX. vers. 13. Jer. XVII. v. 10. Matth. XII. v. 25. XVI. v. 8. Luc. VI. v. 8. IX. v. 47. Joh. II. v. 25. cogitationes eorum καρδιανθρωπων DEI cogitationes & secreta cordis humani effugere nesciunt:



sciunt, Job. XLII. vs. 2. Psalm. XCIV. vs. 11. CXXXIX. vs. 2.  
Sap. I. vs. 6. Syr. XXIII. 28, 29. Rom. II. vs. 16. Apoc. II. v. 23.  
dixit nihil recriminatus 1. Petr. II. v. 23. III. v. 9., sed tantum:  
cum cogitatis mala in cordibus vestris. Cogitationes  
internæ etsi in actum non erumpant sed in corde delitescant, tamen  
malæ sunt atque peccata. Gen. VI. vs. 5. Exod. XX. vs. 17. Deut.  
XV. v. 9. Rom. VII. v. 7.

## V.

Utrum enim est facilius. Christus Medicus est *αὐτὸς*  
*ἰατρός* qui tum animæ tum corporis ægritudinibus eadem facilitate  
medetur, Psalm. CIII. v. 3. 4. Jes. XXXVIII. v. 17. LIII. v. 4. 5.  
coll. Matth. VIII. vs. 16. 17. Jac. V. vs. 15. dicere, remissa  
sunt tibi peccata aut dicere Sap. XVI. v. 12. surge &  
ambula, Act. III. v. 16. \* *Quæ est in DEO charitas dives &*  
*sine invidiâ existens, plura donat, quàm postulet quis ab ea;* inquit I-  
renæus in præfat. libr. III. contr. Hæres. f. m. 173. sic Christus tan-  
tùm locomotivæ restitutionem petenti remisit & peccata. conf. Gen.  
XVII. vs. 18. 19. 20. 21. Ex. XXXIII. vs. 18. 19. 1. Reg. III. vs. 11.  
2. Reg. III. v. 17. 18. XX. v. 5. 6. Matth. XVIII. v. 26. 27. Luc.  
XV. v. 19. Act. III. v. 5. 6. Eph. III. v. 20.

## VI.

Ut autem cognoscatis à posteriori, corporis quippe me-  
delâ, quod filius hominis quâ talis juxta naturam quoque hu-  
manam, uti & à judæis capiebatur, Christum inde blasphemiae ar-  
guentibus habet beneficio unionis personalis, Matth. XXVIII. v. 18.  
*ἐξουσίαν αὐτοκρατορικὴν καὶ δημοκρατικὴν*, uti Ministri *διακονικὴν* 2.  
Cor. V. v. 18. *ἐξουσία* enim in DEO non est minor *δυνάμει* uti  
volunt communicationis Idiomatum Excommunicatores, Refor-  
mati, sed sunt idem Luc. IV. v. 36. Ap. V. v. 12., nisi blasphemè  
dicas, communicatâ filio hominis *ἐξουσία* DEUM ipsi communicasse  
impotentiam in non purgatorio sed terrâ, id est, in hac vitâ.

\* Non



\* Non nisi τοῖς ἐπιχθονίοις junua gratiæ adhuc patet, Matth. XXV. vñ. 10. dum tempus adhuc acceptum. 2. Cor. VI. vñ. 2. Ebr. III. vñ. 13. locus pœnitentiæ. Ebr. VI. vñ. 6. & hostiæ. Ebr. X. vñ. 26. post mercedi æternæ. Matth. XXV. vñ. 41. Joh. III. 36. Jac. II. 13. remittendi peccata, ut sint remissa & in cœlis. Matth. XVIII. 18. tunc dicit paralytico ἀντεξίστως \* Sæpè contingit ut Deus suorum preces exaudiat è vestigio. Gen. XXIV. vñ. 45. Ex. XXXIII. 17. 2. Reg. XX. vñ. 3. 4. 5. Jes. LXV. vñ. 24. & Matth. VIII. vñ. 3. Luc. XVII. vñ. 14. XVIII. vñ. 43. surge restitutio ne manca videatur tolle lectum tuum & abi in domum tuam. \* Ex effectu demùm dispalescit, quod Deus peccata in his terris remittit plenè non tantùm quoad culpam sed & quoad pœnam. Psal. XXXII. vñ. 1. 2. Jes. I. vñ. 18. XLIV. vñ. 22. LIII. vñ. 5. Jer. XXXI. vñ. 31. 34. L. 20. Ez. XVIII. vñ. 24. 27. Hos. XIV. vñ. 3. Mich. VII. vñ. 19. Rom. III. vñ. 24. 1. Cor. I. vñ. 30. Eph. I. vñ. 7. Col. II. vñ. 13. 14. 1. Tim. II. vñ. 6. 1. Pet. II. vñ. 24.

VII.

Et surrexit conf. Act. III. vñ. 8. & abiit in domum suam. \* Remissionem peccatorum nova ponè sequitur obedientia, e. g. in Publicano, Luc. XVIII. vñ. 14.

VIII.

Videntes autem \* Miracula esse oportet evidentia non glaucomata Matth. XI. vñ. 4. XIV. vñ. 26. XV. vñ. 31. XXI. vñ. 20. XXVII. vñ. 54. Luc. V. vñ. 26. Act. III. vñ. 9. turbæ admiratæ sunt & glorificarunt DEUM. \* Miracula Dei non sunt rimanda sed admiranda. Matth. VIII. vñ. 27. Luc. I. vñ. 63. & celebranda. Marc. VII. vñ. 37. Luc. XVIII. 43. XIX. vñ. 37. Act. IV. vñ. 21. qui non nudam tantum annunciandi remissionem peccatorum licentiam, qualis est custodi carceris, qui annunciat liberationem captivis, non liberat ipse, sed talem actu remittendi peccata potestatem dedit non Angelis, quorum conspectus mortalibus foret formidabilis, Dan. VIII. vñ. 18. X. vñ. 15. Luc. II. vñ. 10. Marc. XVI. vñ. 8. sed hominibus.



minibus qui, ut auditores, sunt peccatores, 1. Tim. I. v. 15. infirmitate circumdati, 2. Cor. XII. v. 5. Ebr. V. v. 2. VII. v. 28. pulvis ac cinis. Gen. XVIII. v. 27. Non est itaque ut expectes formidabilem sive Angeli sive ipsius DEI apparitionem, Ex. XXXIII. v. 20. Pl. XLVII. v. 2. Syr. I. v. 8. sine horrore accedere potes doctores, pariter homines. 1. Tim. I. v. 16.

IX.

Et è vestigio digrediens JESUS illinc. \* In conversione peccatorum Gratia Dei praeveniens est ambulatoria. Jes. LXV. v. 1. Ez. XVI v. 8. Act. XVII. v. 23. Ap. III. v. 20. videbat Deus gratiose respicit graviter quoque lapsos. Marc. X. 21. Luc. XV. v. 20. XXII, 61. ubi enim peccatum abundat superabundat gratia. Rom. V. 20. Nemo itaque desperet cum Caino. Gen. IV. v. 13. Hominem Judaeum sedentem. Pro Scripturae S. autoritate & hoc allegari solet, Spiritus S. Amanuenses adeo nihil dedisse affectibus, ut potius studio veritatis lapsus nequidem suos subticuerint. Ex. II. v. 12. XX. v. 12. 13. Num. XX. v. 24. Jon. I. v. 1. 2. IV. v. 1. 2. 1. Cor. XV. v. 8. 9. 1. Tim. I. v. 15. ad telonium. \* Vectigalia exigere licet Magistratibus. Matth. XVII. v. 27. XXII v. 21. Rom. XIII. v. 7. Matthaeum nomine qui Levi dicitur Luc. V. v. 27. 29. dicitque \* Conversio peccatoris immediate non fit sed mediante verbo. Act. XVII. v. 30. Rom. I. v. 16. XV. v. 18. 2. Cor. V. v. 19. Ei, Peccatorum gratia Christus venit. Jes. LXI. v. 1. 2. Ez. XXXIV. v. 16. 1. Cor. I. v. 28. 29. Sequere me in fide, Matth. X. 32. Joh. VIII. v. 12. in vita, Gal. II. v. 20. 2. Cor. V. v. 15. in cruce, Rom. VIII. v. 17. Phil. I. v. 29. 30. 1. Pet. II. 21. \* Constitutio Ministerii est à Domino. Matth. XX. v. 1. Eph. IV. v. 11. 12. Et, retentis tamen adibus, in quibus magnum post dedit convivium, Luc. V. v. 29. surrexit. \* Verbum Dei non est litera mortua sed virtutis flecticordiae, Matth. IV. v. 19. XXI. v. 3. Act. IX. v. 5. 6. & Eum ex doctrinae ac miraculorum famam pridem notum secutus est. \* Vocationi Dei quam pauci hodie assurgunt Jes. LXV. v. 2. Jer. V. v. 23. VI. v. 10. VII. v. 24. 28. Zach. VII. v. 11. 12. rogandus



gandus itaque est ut nos in sui sequelam trahat 1. Reg. VIII. vs. 58.  
Cant. I. vs. 4. 2. Theff. III. vs. 5.

X.

Et in monumentum fidei ac gratitudinis, conf. 1. Reg. XIX, 21.  
Luc. XIV. vs. 13. Joh. VI. vs. 27. factum est convivium magnum,  
Luc. V. vs. 29. En sui ceu instructoris h. l. non meminit Matthæus,  
idque modestiæ causâ. Ipso Magistro atque doctore, conf. 1. Cor.  
IX. vs. 11. discumbente. \* Convivio interesse Christianis licet.  
Luc. XIV. vs. 7. 13. Joh. II. vs. 1. XII. vs. 1. *vid. Thumm. Decal.*  
*p. 426.* in domo conversi Matthæi, qui ita non reliquit omnia, sed  
tantum telonium, cui & incumbere & Christum sequi una non po-  
tuisset. Nec reliqui Apostoli post vocationem omnia in perpetuum  
sed ad tempus tantum reliquerunt, Matth. IV. vs. 20. XIX. vs. 27.  
Petro enim Capernaumi adhuc ædes erant, quibus Christum excepit,  
Matth. VIII. & retia, Joh. XXI. vs. 3. ut & *idia* Johanni, in quæ  
ille Matrem Christi recepit crucifixi, Joh. XIX. vs. 27. & ecce  
multi publicani & peccatores venerunt. \* Peccatorum  
sæpe magnorum resipiscencia est facilior, quàm hypocritarum qui aliis  
sanctiores sibi visi indurantur. Matth. VII. vs. 21. 22. 23. XI. 25.  
XVIII. vs. 14. XXI. 31. 32. XX. vs. 16. XII. vs. 14. Luc. XI.  
vs. 32. XVIII. vs. 14. XXIII. vs. 41. & simul accubuerunt  
cum Jesu & discipulis ejus. Tanta est *φιλανθρωπία* filii Davi-  
dis, ut neminem ad se venientium repellat, 1. Sam. XXII, 2. 1. Reg. II.  
vs. 7. Joh. VI. vs. 37. conf. Ap. III. vs. 20.

XI.

Et videntes Pharisei. \* Qui in propriis talpæ sunt, sunt Argi in  
alienis. Psal. XLI. vs. 7. Syr. XI. vs. 33. dixerunt discipulis  
Ejus. conf. Luc. XIX, 7. Act. XI, 3. \* Tale hostibus veritatis ingenium  
est ut incessant tantum infirmiores, sic Pharisei non Magistrum sed tan-  
tum discipulos ejus aggressi sunt, & tales ipsi diabolo artes sunt, queis  
non Adamum sed vasculum infirmius is impetebat. Gen. I. vs. 3. 12.  
1. Tim. II. vs. 14. Cur cum publicanis ac peccatoribus  
edit







& discite ex Hof. VI. vs. 6. quid hoc fit : Misericordiam

\* Misericordia Christianis est exercenda Zach. VII. vs. 9. Luc. VI. vs. 36. *vid. Carpz. Dict. pad. p. 864.* volo & non tam sacrificium adverbium *con* enim pro particulâ sæpè comparativâ occurrit. Luc. XIV. vs. 12. Joh. VI. vs. 27. VII. vs. 16. Marc. XIII. vs. 11. Aët. V. vs. 4. I. Thess. IV. vs. 8. Ita mavult Dominus misericordiam quàm sacrificium, ut si in concursu contingat, utrumque simul præstari non posse, omittendum sit sacrificium, ne opus intermittatur misericordiæ, conf. Matth. V. vs. 23. \* Externæ Deo ceremoniæ cordi non sunt, præsertim si fides ac charitas desint. I. Sam. XV. vs. 22. Psal. XL. vs. 7. L. vs. 8. Prov. XV. vs. 8. XXI. vs. 3. 24. Jes. I. vs. 11. LXVI. vs. 3. Jer. VI. vs. 20. Hof. VIII. vs. 13. Amos. V. vs. 22. Mich. VI. vs. 6. 7. 8. Mal. II. vs. 13. *vid. Calixt. Epitom. Th. Mor. p. 85. 86.*

#### XIV.

Non veni vocatum conf. Or. Manass. vs. 7. justos quales fuerunt ab initio Protoplasti, tales verò post lapsum non dantur nisi tantum *δοξαστικῶς* tales, Jes. XLIX. vs. 24. Ez. XXI. vs. 9. Luc. XV. vs. 7. XVIII. vs. 9. uti sunt quoque *κατ' ἐνδοξον* & videntes, Joh. IX. vs. 39. & invenientes. Matth. X. vs. 39. & habentes. Matth. XIII. vs. 12. coll. Luc. VIII. vs. 18. Hoc universalitati vocationis obvertere nequis, nisi solos justos esse reprobos velis. Sed peccatores. Atqui omnes sunt peccatores. Job. IX. vs. 2. XXV. vs. 4. Psal. XIV. vs. 3. CXLIII. vs. 3. Eccles. VII. vs. 21. Luc. XVII. vs. 10. Eph. II. vs. 3. E. & omnes vocati. E. & nondum desperandum. Luc. XVIII. 14. XXI. vs. 42. Matth. XXI. vs. 31. Ad nec satisfactionem, quæ quippe à solo Sponsore præstita, I. Pet. I. vs. 19. I. Joh. II. vs. 2. nec poenam Joh. III. vs. 17. sed poenitentiam. Hæc verba : *Ad poenitentiam* ; in vulgatâ desiderantur, quam esse mancam inde colligitur. \* *Si homo non periisset, Filius hominis non venisset.* Matth. I. vs. 21. Luc. XIX. vs. 10. I. Tim. I. vs. 15. *August. T. X. f. 287.*

B

Tunc



Tunc venerunt ad Eum discipuli Johannis cum Phariseis atque scribis. Luc. V. vl. 30. 33. \* Sæpe & orthodoxorum Auditores à veritate agniti alieniores impostorum artibus redduntur, Joh. III. vl. 25. Act. XV. vl. 1. 2. 24. XX. vl. 30. Gal. II. vl. 4. IV. vl. 9. 10. 11. 17. 1. Joh. II. vl. 19. uti & hodie multos inter nos quoque speciosis pontificiorum & Anabaptistarum placitis fascinari tristis clamat experientia. dicentes cur nos & Pharisei. Si contra veritatem cœlestem res est, facili conspirant syncretismo Pharisei & Herodiani Marc. III. vl. 26. Pharisei ac Sadducei, Marc. XII. vl. 18. Pilatus & Herodes. Luc. XXIII. vl. 12. jejunamus frequenter? Jejunia hypocritica gratis jactantur, Jes. LVIII. vl. 3. 4. 5. Zach. VII. vl. 5. Luc. XVIII. vl. 12. Discipuli vero tui non jejunant sed comessantur potius Matth. XI. vl. 19. & quidem cum peccatoribus ac publicanis, Matth. IX. vl. 10. *Dissonantia* (inadiaphoris, e.g.) *jejunii non solvit consonantiam fidei* quæ quippe consistit in unitate spiritus, Eph. IV. vl. 3. & non in delectu ciborum. Col. II. vl. 16. *vid. August. Epist. LXXXVI. & CXVIIII. T. II. f. 388. & 556. Socrat. H. E. Lib. V. c. 22. f. m. 285. Conf. Aug. Art. VII. & Epit. S. X. p. 11. & 616. Meissn. d. L. L. p. 664. 665. Hutt. in L. Conc. p. 103. J. A. Osiand. C. C. I. p. 1489.*

XV.

Et dixit eis JESUS mansuetissimus. Jes. XLII. vl. 2. 3. 4. I. vl. 4. Zach. I. vl. 13. \* Infirmi leniter excipiendi sunt. Rom. XV. vl. 1. I. Cor. IX. vl. 22. Gal. VI. vl. 1. Eph. IV. vl. 2. I. Thess. V. vl. 14. 2. Tim. II. vl. 24. Num possunt moraliter filii Sponsi, i.e. paranympsi quæ ipse se annumerans Johannes P. dixit: *Paranympsi stat & gaudet voce Sponsi*, Joh. III. vl. 29. \* Illarum animarum quas Filius Dei sibi desponsavit quanta est dignitas ac felicitas. Jes. LXI. vl. 10. Hos. II. vl. 16. 19. 20. 2. Cor. XI. vl. 2. Eph. V. vl. 25. 26. 27. 32. lugere confer. Judic. XIV. vl. 11. \* Est tempus flendi & tempus ridendi. Eccles. III. vl. 4. Tob. III. vl. 23. Syr. XXII. vl. 6. quam diu Sponsus Christus sc. Psal. XIX. vl. 6. Matth.



Matth. XXII. 2. XXV. vs. 1. 5. 6. 10. Luc. XII. vs. 36. cum  
 ipsis est. Si adeò lata est præsentia Sponsi gratiosa, Ps. XLV, 16. Matth.  
 XXVIII. vs. 20. quanto latior erit gloriosa? 1. Theff. IV. vs. 17.  
 Apoc. XIX. vs. 7. Venient autem dies. \* In fortunam sis  
 utramque paratus, Eph. V. vs. 16. Phil. IV. vs. 11. 12. Syr. XI.  
 vs. 27. XVIII. vs. 26. Quando ablati fuerit ab eis  
 Sponsus per crucifixionem & post XL. dies per ascensionem &  
 tunc in tantis calamitatibus extraordinariis, Matth. XXIV. vs. 21.  
 XXVI. vs. 56. Marc. XIII. vs. 19. XIV. vs. 50. Luc. XXI. vs. 25.  
 jejunabunt Joh. XVI. vs. 20. XX. vs. 19. Act. X. vs. 30. XIII.  
 vs. 2. 3. XIV. vs. 13. 2. Cor. VI. vs. 5. XI. vs. 26. 27. At quid  
 hoc ad statum ac ordinem ciborum delectum quem Pontificii  
 opinione satisfactionis ac meriti usque per XL. dies servare con-  
 sueverunt?

### XVI.

Nemo enim immittit assumentum panni novi,  
 Evangelium quidem in se est antiquissimum Gen. III. vs. 15. Joh.  
 V. vs. 46. Act. X. vs. 43. panno tamen novo comparatur quod  
 in N. T. modo planè novo ac singulari fuit prædicatum, Marc. I.  
 vs. 27. Joh. XIII. vs. 34. 1. Joh. II. vs. 8. in vestimentum  
 vetustum per hoc malè intellexerant Manichæi Testamentum Vetus,  
 hoc enim æquè ac Novum commendatur, Matth. XIII. vs. 52. Joh. V.  
 vs. 39. Rom. XV. vs. 4. led rectius intelliguntur Ceremoniæ an-  
 tiquatæ Ebr. VIII. vs. 13. & traditiones e. g. de jeuniis ac satis-  
 factionibus pharisaicis. Jes. LVIII. vs. 3. 4. 5. aufert enim sup-  
 plementum illius à veste. Coagmentare planè opposita fide-  
 lem quàm minimè decet. Devt. XXII. vs. 11. Jos. XXIV. vs. 15.  
 1. Sam. V. vs. 2. 1. Reg. XVIII. vs. 21. 2. Reg. XVII. vs. 30.  
 Matth. VI. vs. 24. Zeph. I. vs. 5. 2. Cor. VI. vs. 14. 15. 16.  
 1. Cor. X. vs. 21. & fit ruptura major. Syncretismus in sa-  
 cris planè exitialis est. Gal. V. vs. 2. 5.

B 2

XVII Nec



XVII.

Nec mittere solent vinum recens. Per hoc vinum commodè dulce intelligitur Evangelium uti & Cœnæ S. Sacramentum. conf. Cant. l. vs. 1. Jes. XXV. vs. 6. LV. vs. 1. Zach. IX. vs. 17. Cant. VII. vs. 9. Hoc enim vinum quoque est à DEO. Joh. l. vs. 17. latificat cor. Luc. II. vs. 10. & inebriat, Aët. II. vs. 13. in utres vetustos. conf. Jos. IX. vs. 13. Vinum benedictum nequis hauriat indignus. 1. Cor. XI. vs. 27. 29. Homo vetus enim nihil est. Rom. VI. vs. 6. Eph. IV. vs. 22. Col. III. vs. 9. alioquin rumpuntur conf. Job. XXXII. vs. 18. 19. 20. utres i. e. indigni 1. Cor. XI. vs. 29. 30. & vinum effunditur sive diffundit ad alios. Amos. VIII. vs. 11. 13. 1. Sam. III. vs. 12. Psal. LXXIV. vs. 9. & utres pereunt uti Judas, Aët. l. vs. 18. fed mittunt vinum recens verbum & sacramenta in utres NOVOS, i. e. novitati vitæ student, Rom. VI. vs. 4. Gal. VI. vs. 15. Eph. IV. vs. 23. 24. & utraque simul servantur, sive in salvo manent & Dei dona & ipsi fideles. Jer. XV. vs. 15. Matth. XII. vs. 35. XIII. vs. 52. *vid. Myroth. Camer. in Eb. II. vs. 10. p. m. 245.*

XVIII.

Hæc ipso dicente illis Adversariis ecce ibidem Capernaumi primas. \* In mediâ malorum turbâ bonus tamen unus & alter usque degit, e. g. Capernaumi Jairus in statu Ecclesiastico, in Politico Regulus Joh. IV. vs. 46. & Centurio in œconomico Matth. VIII. vs. 50. In Regiâ Achabî Obadia. 1. Reg. XVIII. vs. 4. 12. in Aulâ Zedekia Ebedmelech. Jer. XXXVIII. vs. 7. Cæsareæ Cornelius Aët. X. vs. 24. Joseph in Concilio Hierosolymitano, Luc. XXIII. vs. 51. conf. Psal. CX. vs. 2. veniens Crux compellit ad Deum 2. Par. XXXIII. vs. 12. Jes. XXVI. vs. 16. Rom. VIII. vs. 28. adoravit religiosè & magis depressus ac Jephtha fuit, Judic. XI. vs. 35. eum juxta naturam ejus quoque humanam

manam



manam, cujus contactum filiae expetiit dicens, rarius filia intercedit pro Patre, sed mortem ejus potius expectat sæpè, affectus enim dilectionis descendit estque parentum prospicere liberis præsertim & ægrotis & de vitâ periclitantibus. 2. Sam. XII, 16. 2. Reg. IV, 20. Matth. XV, 22. XVII. vñ. 15. Joh. IV, 46. Liberatorum vero est gratâ id mente agnoscere. Syr. VII. vñ. 29. 30. **Filia mea modo mortua est** ex relatione servi. Luc. VIII. vñ. 49. Mors abripit cujusvis ætatis homines, 2. Sam. XII. vñ. 14. 2. Reg. IV. vñ. 20. Sap. IV. vñ. 7. 8. 9. 10. 13. 14. Syr. XL I. vñ. 6. 7. Luc. VII. vñ. 12. Mortis itaque meditatio spectat ad omnes. Psal. XC. vñ. 12. CII. vñ. 24. 25. Syr. VII. vñ. 39. **Sed veni & impone manum** conf. 2. Reg. V. vñ. 11. Marc. VI. vñ. 5. Luc. IV. vñ. 40. Act. XXVIII. vñ. 8. tuam salutarem Job. V. vñ. 18. Jes. L. vñ. 2. super ipsam & vivet. DEO media præscribere infirmitas est. 2. Reg. V. vñ. 10. 11. Joh. IV. vñ. 47. Rom. VIII. vñ. 26. Eph. III. vñ. 20. Marc. VIII. vñ. 22.

XIX.

**Et surgens illico à mensâ** JESUS sequebatur Psal. XXIII. vñ. 6. **cum**, utut mederi & absens potuit Joh. IV. vñ. 50. **cum discipulis suis.** \*Tanta Christi facilitas est ut & infirmis qui fide laborant imbecilli, assurgat ac indulgeat. Jes. XLII. vñ. 3. Marc. IX. vñ. 20. 25.

XX.

**Et ecce, \* DEUS est Medicus Catholicus omnium nationum,** Judæorum & Gentilium, Rom. III. vñ. 29. sexuum, Gal. III. vñ. 28. ætatum, puellæ Jairi & Hæmorrhousæ, in utrâque fortunâ. Psal. LXXII. vñ. 4. 12. 13. **Mulier ethnica,** cujus tamen fides erat robustior fide viri Israelitæ, Jairi. conf. Matth. VIII. vñ. 10. **Sanguinis profluvio laborans duodecim annos.** In diu-  
B 3
tarnis



turnis sæpe afflictionibus auxilium DEI differtur quidem, non tamen aufertur Psal. XXII. vs. 2. Hab. II. vs. 3. Judith. VIII. vs. 10. 11. 12. Luc. XIII. vs. 11. Joh. V. vs. 5. 6. *vid. Bald. T. C. p. 497.* accessit à tergo. Quo profundior lapsus aut miseria, eò submissior esto pœnitudo. Dan. IX. vs. 7. Luc. VII. vs. 38. XV. vs. 19. XVIII. vs. 13. tetigitque ex plenâ cordis fiducia, quæ utique præcepta, Marc. V. vs. 36. XI. vs. 24. Luc. VIII. vs. 50. Joh. IV. vs. 21. XII. vs. 36. 1. Joh. III. vs. 23. Quinimò tetigerunt & alii, Luc. VI. vs. 19. Nemo tamen opinione cultûs, ac si DEUS, qui est Spiritûs, Joh. IV. vs. 24. mero coleretur tactu, fimbriam, conf. Zach. VIII. vs. 23. vestimenti quo jam indutus est, Mal. IV. vs. 2. Marc. VI. vs. 56. Vis tamen salutaris non à vestimento prodiit, hoc aliàs ægra tetigisset & non tantum fimbriam, sed ab ipso Christo, Marc. V. vs. 30. Luc. VIII. vs. 46. qui *nec dixit: fimbria, sed fides te salvam fecit.* Ejus vivi, quid verò hoc ad reliquias exutas mortuorum? Præterea à contactu ossium Elisæi resurrexit miles, 2. Reg. XII. vs. 21. & à contactu Sudarii Petri convaluerunt ægri. Act. XIX. vs. 12. Nil tamen illorum fuit adoratum. Denique factum singulare, e. g. matatio Isaaci, Ægyptiorum spoliatio, non gignit regulam generalem.

## XXI.

Nam loqui nondum ausa, uti aliâ: fit, Psal. CXVI. vs. 10. sed præ pudore tantum cogitabat intra se quò major huic fœminæ fuerat fides ac Jairo, eò præsentius fuit & auxilium. confer Matth. XV. vs. 28 VIII. vs. 13. Si tantum tetigero quod actu gerit vestimentum ejus Jes. LXI. vs. 10. Quod evasit symbolum sanationis, non medium, nedum fidei objectum. *vid. Chrysost. Homil. XXXII. f. b. l. salva ero, Quis vestem adhuc viventis inter reliquias ponat? Reliquiæ nondum relictæ sunt σηθηρόζυλον. vid. Königii Vindic. p. 221.*

## XXII. JE-



## XXII.

**Jesus autem conversus.** Bonus Medicus est singulare donum DEI. Syr. XXXVIII. v. 4. & videns illam miseram 2. Sam. XVI. v. 12. Jes. LXVI. v. 2. Christus est ἀπρὸς ὅλους λήτης qui succurrit maximè infirmis, nullo habito vel sexûs vel sortis respectu, Matth. VIII. v. 14. 15. IX. v. 25. 28. Luc. XIII. v. 11. 12. 13. I. Petr. III. v. 12. dixit confide. † Confidendum in DEO. Job. XIII. v. 16. Psalm. XXXVII. v. 5. Filia per regenerationem. Joh. I. vs. 13. Sic gentiles jus filiationis divinæ per fidem obtinuerunt loco Judæorum. Jes. XLIII. v. 6. LX. v. 4. Hos. I. v. 10. Matth. VIII. v. 12. Rom. IX. v. 27. Gal. III. v. 7. 26. IV. 27. fides virtuti à me egressæ innixa Luc. VIII. v. 46. \* Magna vis inest veræ fidei, Marc. VI. v. 5. 6. IX. v. 23. tua, non opera sed fides quemque sua salvat. Hab. II. v. 4. te ab occulto malo, Psalm. XIX. v. 13. salvam fecit. \* Spes confisa DEO nunquam confusa recessit. Rom. V. v. 5. Phil. I. vs. 20. Ille enim succurrit quando omne hominum consilium deficit. Deut. XXXII. vers. 36. 2. Reg. XIV. v. 26. Psalm. CVII. v. 12. Joh. V. v. 7. 8.

## XXIII.

**Et cùm promptissimus Medicus Jesus venisset in ædes primatis,** quæis tum obtigit ipsa salus. Luc. XIX. vs. 9. ac vidisset tibicines ad luctum conductos pro more illius ævi, quo de Buxtorf. in Lex. Talm. f. 766. Ges. d. Luct. Ebr. p. m. 56. B. Pfeiff. A. A. Græc. p. 736. Utut verò Judæi illos tibicines accepisse à gentilibus videbantur Schikhardo d. T. R. p. m. 418. Dillherro Disp. I. p. 197. & Barth. Mayero Prod. I. p. 226. funeribus tamen & Musicam adhibere fas est. vid. Osiand. C. C. VI. p. 319. & turbam tumultuantem conclamantem conf. Act. XX. v. 10. Hac itaque turba & veræ mortis & miraculi veri evasit te-  
ris.

## XXIV.



## XXIV.

**Ait illis secedite.** \* Luctus est moderandus. Eccles. III. v. 4. Rom. XII. v. 15. I. Thess. IV. 13. non est mortua mihi scilicet mox tantâ resciscituro facilitate, ac si nunquam obisset, perinde ac Abraham, Isaac & Jacob negantur esse mortui quòd *DEO vivunt omnes*. Luc. XX. vs. 38. ac Lazari quoque mors negabatur lethalis, Joh. XI. vers. 4. ob instantem sc. ejus resurrectionem. sed **Puella**, si enim hoc de animâ Christus intellexisset, *uti illi Anonymo visum d. Anim. Separ. p. m. 91* tibicines non risissent, optimè gnari, animas non mori, sed esse immortales, dormit mihi scilicet tam facile excitaturo, ac si tantum dormiret. Hac itaque metaphorâ neminem Christus decipere voluit, uti æquivocationibus Jesuitæ suis & ipsos Judices deludi posse asserunt, sed potius de mortuorum conditione quàm lautissimâ quemvis instruere; illorum enim ad instar, qui cubitum abeunt, & qui obeunt devestiuntur, 2. Cor. V. vers. 4. Job. I. v. 21. I. Tim. VI. v. 7. 2. Petr. I. v. 14. quiescunt in dormitoriis suis. Ps. IV. vs. 9. Jes. XXVI. v. 20. Ap. XIV. v. 13. tandemque evigilant iterum. Dan. XII. vs. 2. Joh. V. v. 28. 29. XI. vs. 11. Jes. XXVI. vers. 19. Ezech. 37, 3. 5. ubi itaque nec insidiosa quæstio præcessit, nec secreti urgetur confessio, sed vis DEI potius indicatur, æquivocationi locus non est. *vid. etiam Ames. C. C. lib. V. c. LIII. §. 31. p. m. 433.* & deriserunt eum \* Resurrectio mortuorum est articulus fidei purus, qui rationi omninò paradoxus videtur, Act. XVII. v. 18. XXVI. v. 24. & ex revelatione solâ creditur. Ezech. XXXVII. v. 1. 2. Matth. XXII. v. 29. 32. Jes. XXVI. v. 19. I. Cor. VI. v. 14. XV. v. 12 & seq. \* Si risere Magistrum, quantò minus parcent discipulis? Matth. X. v. 24. 25. Job. XII. v. 4. Psal. LXXIII. v. 21. 22.

## XXV.

**Quum autem ejecta fuit conf. Act. IX. v. 40. turba illa sceptica atque scoptica.** \* Nam Irrisorem cedere domo oportet. Gen.

7



Gen. XXI. v. 9. 10. ingressus. \* Lusu mundi nemo in suis pa-  
 tiatur negotiis impediri Act. II. v. 13. XVII v. 18. XXVI. v. 23.  
 Rom. I. v. 16.prehendit manum ipsius Puellæ ad mœsti  
 parentis petrum: *imponere manum ipsi & vivet*, vers. XVIII. \*  
 DEUS vota piorum implet, Psalm. CXLV. v. 19. & potentia DEI  
 se exerit ubi fides (e. g. Jairi) non adeò firma, 2. Cor. XII.  
 v. 9. Adolescentula exemplum manifestissimum resurrectionis  
 & aliunde claræ, Job. XIX. vers. 25. Jes. LXVI. vers. 14. Ezech.  
 XXXVII. vs. 5. 6. 14. Joh. V. vs. 21. VI. vs. 39. XI. vers. 25.  
 Rom. VIII. vs. 11. 1. Cor. XV. vs. 12. 2. Cor. IV. vers. 14. 1.  
 Thess. IV. v. 14. surrexit, certè non è purgatorio, uti placet  
 Salmeroni, Disput. XXV. in 1. Cor. Peltano autem Cap. X. de  
 Purgat. displicet, & quidem rectius. Cum Juxta ipsos Conimbri-  
 censes Disp. II. art. 6. d. Anim. separ. dari possit *localis presentia*  
*anima ad corpus, etiam absque informatione, & eâ dissolutâ*, uti  
 anima mortui Evtychi adhuc fuit in ipso. Act. XX. vers. 10. & sic  
 definitivè non entelechialiter animam in corpore defunctæ etiam pu-  
 ellæ, adhuc calido quippe, fuisse, quid obstat? *vid. B. Osiand.*  
*Cas. Theol. Part. VI. pag. 373. & 389.*

## XXVI.

Et exiit rumor hic in totam regionem illam. \*  
 Sonus Evangelii de Christo exivit in totum terrarum orbem. Psalm.  
 XIX. v. 4. 2. Cor. II. v. 14. 1. Tim. II. v. 4. Tob. XII. v. 8.

## XXVII.

Et discedentem inde Jesum secuti & ab aliis ducti  
 sunt duo coeci. His coecis plus Gratosi jubaris illuxit quàm  
 oculatis Phariseis. Matth. XIII. v. 13. 14. 15. Joh. IX. vers. 41.  
 \* clamantes & dicentes: \* Miserere nostri, \* Fili Da-  
 vid. Hic titulus Messia passim datur, Matth. I. v. 1. XII. v. 23.  
 XV. v. 22. XX. v. 30. 31. XXI. v. 9. 15. XXII. vers. 42. Luc.  
 XVIII. vs. 38. 39. tum quòd ex lumbis Davidis descendit Luc. I.  
 C  
 vs.



vf. 27. 32. Ap. XXII. v. 16. tūc quod Davidi peculiariter fuerat promissus, 2. Sam. VII. v. 12. \* In communi afflictione rogatur altā etiam voce, Jes. XXVI. vf. 16. Psalm. LXXVII. vf. 2. <sup>b</sup> pro commiseratione Psalm. LXXIX. vf. 8. Luc. XVII. vf. 13. Jac. V. v. 16. Christus \* juxta naturam quoque humanam, Matth. XV. v. 22. Joh. V. vf. 23. 27. Ap. V. vf. 12.

### XXVIII.

Ingressum verò ædes, in ædibus non nisi sacris lux vera resplendet & illuminat cæcos, Psalm. CXIX. v. 105. Joh. I. v. 9. 2. Petr. I. v. 19. adierunt cæci. In morbis DEUS potissimum adeundus, invocandus fidequē amplexandus. Hos. VI. vf. 1. Num. XXI. v. 8. 9. Jes. XXXVIII. v. 2. Et dicit eis JESUS, Creditis, multa sciscitatus est, qui tamen omniscius, Matth. XXII. v. 20. Marc. V. 30. 31. VIII. 5. 27. XII. v. 16. Luc. VII. v. 31. X. v. 26. XIII. vf. 18. Joh. XVIII. vf. 4. 7. XX. v. 13. 15. non propter se, ut disceret, sed propter alios, ut illos tum doceret, tum juvaret, quod possim hoc facere? N. V. C. Bellarmini, Lib. I. d. Justif. C. 8. t. m. 715. *E. objectum fidei salvifica DEI omnipotentia est, non specialis misericordia.* Nam ideò de Fide potentia Christus interrogat, quod cæci misericordiam jamdum sibi expetierant, clamantes: ἐλέησον ἡμᾶς, vf. XXVII. dicunt ei, omnino Domine. \* Cum fiducia cordis jungitur & confessio oris, Psalm. CXVI. v. 10. Matth. XII. v. 34. Rom. X. v. 9. 10.

### XXIX.

Tunc tetigit oculos eorum, Oculos cæcorum Messias aperuit h. l. tactu, alibi verbo, Luc. XVIII. v. 43. alio tempore, luto, Joh. IX. vers. 6. nulli se medio esse adstrictum docens, dixitque: juxta fidem vestram fiat vobis. Preces factæ ex fide demum exaudiuntur, Matth. IX. v. 22. XI. v. 24. Rom. XIV. v. 23. Ebr. XI. v. 6. Jac. I. v. 6. 7.

### XXX.



### XXX.

Et aperti sunt ipsorum oculi. id est, sanati Jes. XLII.   
 ψ. 6. 7. Matth. XX. v. 33. 34. Joh. IX. ψ. 10. 14. 26. 30. 32.   
 X. 21.. \* Christus est verus Messias Jes. XXXV. v. 4. 5. & phos-   
 phorus mundi Joh. I. 9. IX. v. 39. VIII. v. 12. & severè in-   
 terminatus est Jesus ad præcavendam Phariseorum invidiam ac   
 evitandam ambitionis speciem Ioh. VI. v. 15. VIII. v. 50. \* Hu-   
 militati Studendum Philipp. II. v. 5. dicens: Videte. Vos ne   
 videamini à me subornati nequis præsertim ante tempus diemque   
 Φανερώσεως, Matth. VIII. vi. 4. XVII. v. 9. resciscat. Externa   
 fidei Confessio est quidem necessaria sed non ad semper, Marc. VII. v.   
 36. vid. Bald. C. C. pag. 37.

### XXXI.

Illi verò digressi divulgaverunt famam illius in to-   
 tâ regione illâ prælatiâ Marc. VII. vers. 36. Præstat tamen   
 mandatum sequi DEI, quàm suam utut bonam intentionem. I.   
 Sam. XV. ψ. 9. 2. Sam. VI. ψ. 6. Matth. XVI ψ. 22. Marc. X,   
 13. Deut. XII, 8. Psalm. CXIX, 6. vid. Meisn. Ph. S. III. pag.   
 116. Reink. Pol. Bibl. p. 360.

### XXXI.

Ipsis autem egredientibus, ecce adduxerunt ei   
 hominem. \* Salus malè habentium studiosè est procuranda.   
 Matth. VIII, 6. IX. ψ. 2. XV. 22. Marc. V. ψ. 23. Luc. IX. ψ.   
 38. Ioh. IV. ψ. 30. mutum dæmoniacum conf. Luc. XI. ψ.   
 14. \* Dæmonum sive existentiam sive tyrannidem in his terris ne-   
 gare est obloqui scripturis: Matth. IV, 24. VIII. vers. 16. 28. XII,   
 22. XV. ψ. 22. Luc. IV. 32. Act. VIII. v. 7. XIX. vers. 12. 13.   
 vid. Diss. Sel. Voetii T. I. pag. 1020.

C 2

XXXIII.



### XXXIII.

Et ejecto dæmonio. Christus venit ad pellendos diabolos. Genes. III. v. 15. Luc. XI. v. 21. 22. Col. II. v. 15. 1. Ioh. III. v. 8. locutus est, soluto vinculo linguæ, quâ DEI gloria meritò decantatur. Act. II. v. 11, 1. Petr. II. v. 9. Psal. CXIX. 46. mutus in ampliacione uti audivit Matthæus & post conversionem adhuc publicanus, Matth. X. vs. 3. Simon post mundationem leprosus, Marc. XIV. v. 3. Maria Magdalena post absolutionem peccatrix, Luc. VII. 37. \* Interest meminisse malorum, & conditionis pristinæ, Deut. XVI. v. 12. Psalm. LXVI. v. 16. Ios. XXXVIII. v. 15. 1. Cor. XII. v. 2. Eph. II. v. 12. Ap. II. v. 5. & miratæ sunt turbæ, dicentes. Nunquam apparuit sic in Israel. conf. Iud. XIX. v. 30. \* Christi miracula fuerunt quam maximè insolita, Morbos enim curavit ἀμέσως, ἀνυπερβήτως καὶ αὐτοκρατορικῶς. conf. Marc. II. v. 12. Ioh. IX. v. 32.

### XXXIV.

At Pharisei dicebant. Mortales in varia subinde scinduntur judicia, Christus enim à turbâ admirabundâ laudatus culpatur à Phariseis. conf. Matth. XI. vs. 29. XVI. vs. 13. 14. - Ioh. VII. v. 12. 40. 41. IX. vs. 8. 9. 16. X. vs. 20. 21. XX. v. 29. 1. Cor. IV. v. 3. 2. Cor. VI. v. 8. Per principem diabolorum. Magna & diabolorum est inæqualitas, Matth. XXV, 41. Coll. II, 15. 1. Th. IV, 16. Iudæ. v. 19. Ap. XII. v. 7. ejicit dæmonia. Si Pater familiars blasphematur, quid fiet domesticis? Matth. V. v. 12. X. 24, 25. 1. Petr. IV. v. 14.

### XXXV.

Et perambulabat JESUS Gratia DEI est universalis. Matth. XXVIII, 19, Marc. XVI. vs. 15. 25, civitates omnes ac  
VIVOS.



VICOS. Marc. VI. v. 6, Luc. XIII. v. 22. Act. X. v. 38. \*  
 Gnavi est Superintendentis Episcopi curatè visitare Ecclesias. 1. Sam.  
 VII. v. 15. 16. 2. Reg. II. v. 1. IV. 38. 2. Par. XVII. v. 9. 7.  
 XXX. v. 6. Act. XIV. v. 21. XV. v. 36. XVI. v. XVIII. v. 23.  
 1. Cor. XVI. v. 5. docens in non angulis sed synagogis eo-  
 rum ceu Propheta ille Magnus. Jes. LXI. v. 1. 2. Matth. X. vs.  
 27. IV. v. 17. 18. 19. Ioh. XVIII. v. 20. 21. Act. III. vs. 23.  
 24. & prædicans evangelium regni. Matth. XIII. vs. 19.  
 XXIV. v. 14. Marc. I. v. 14. IV. v. 11. Luc. VIII. v. 1. 10. Psal.  
 XLV. v. 7. Præconii Evangelici nos non pudeat, quòd ipse DEI Fi-  
 lius egit prædicantem, & sanans non unum modo & alterum, ut  
 prophetæ & Apostoli, sed quemvis morbum & quemvis  
 languorem in populo. Ezech. XXXIV. v. 16. \* Miracula  
 verbi erant prædicati Sigilla. 1. Reg. XVII. v. 24. Matth. IV. vers.  
 23. XI. v. 8. XIII. v. 54. Marc. XVI. v. 20. Luc. IX. v. 2. 6.  
 11. Act. VIII. vs. 6. XIV. v. 3. Rom. XV. vs. 18. 19. Ebr. II.  
 vers. 3. 4.

### XXXVI.

Videns autem turbas intimè misertus est erga il-  
 los. Misericordia Christi non fuit vulgaris sed ex intimis cordis  
 σπλάγχνοις profecta. Matth. XV. v. 32. XIV. v. 14. XVIII. vs.  
 27. XX. 34. Marc. I. v. 41. Luc. VII. v. 13. X. 33. XV. v. 20.  
 qui erant defatigati. Objectum divinæ Misericordiæ nostra  
 est miseria. Ex. XXII. v. 27. Psalm. LXXVIII. v. 38. 39. 2. Reg.  
 XIV. v. 26. 27. Jes. LII. vs. 10. 11. Thren. III. vs. 32. Ezech.  
 XVI. 5. 6. & dispersi velut oves non habentes pasto-  
 rem. quâ parcemiâ aliàs extrema notatur confusio. Num. XXV. 11.  
 v. 16. 17. Esth. III. v. 15. Psalm. CXIX. v. 167. Ies. LIII. v. 6. Ier.  
 XXXIII. v. 1. 2. Ezech. XXXIV. v. 4. 5. 6. \* Ecclesia fidei carere pasto-  
 ribus tam non potest, quam non potest grex esse in salvo sine pastore.  
 confer. Ier. III. vers. 15. XXIII. vers. 1. 2. 3. Zachar. XI. vers.  
 16. 17. Ephes. IV. vers. 11.

C 5

XXXVII.



XXXVII.

Tunc dicit discipulis suis, Messis fidelium quidem in se copiosa est. *conf. Gen. XV. v. 5. 1. Reg. XIX. v. 18. Matth. VIII. v. 11. Act. X. v. 25. XVIII. v. 31. XI. v. 26. Ebr. II. v. 10. XII. v. 22. Iudæ v. 14. Ap. VII. v. 9. sed fidi operarii pro tempore adhuc pauci, post demum ad preces vestras venturi plures. Psal. LXVIII. v. 12.*

XXXVIII.

**Rogate itaque** \*Fidi Ministri non sunt facile obvii sed prece obtinendi cœlitus, *Luc. VI. v. 12. Act. I. v. 24. XIII. v. 3.*  
**Dominum Messis** Causa Ministerii princeps est DEUS Pater, *Gal. I. v. 16. Ebr. I. v. 1. Filius, Matth. X. v. 1. Marc. XVI. v. 15. Luc. IX. v. 1. Joh. XX. v. 21. 1. Cor. I. v. 17. Eph. IV. v. 11. 15. Spiritus S. Act. XX. v. 20. 1. Cor. XII. v. 4. 5. 6. 2. Petr. I. v. 21. ut extrudat conf. Matth. XIII. v. 30. 31. Rom. X. v. 15. ita non tam emissi quam extrusi fuerant Moïse Ex. III. v. 10. Jesaias cap. VI. v. 5. Jeremias. I. v. 6. 7. Amos. VII. v. 14. 15. Jona I. v. 23. III. v. 2. Paulus Act. IX. v. Adeoque Expectativæ sede nondum vacante non sunt exprobandæ, sed DEI missio est expectanda *Jer. XXIII. v. 21. vid. F. A. Osiand. Th. Cas. IV. p. 387.*  
**Operarios.** Ministros decet labor & diligentia in officio, sunt enim operarii *Matth. X. v. 10. XX. v. 1. Luc. X. v. 2. 1. Cor. III. v. 9. 1. Tim. V. v. 18. in messem conf. Joh. IV. v. 35. Ap. XIV. v. 15. 16. In Messe non cunctandum sic nec in Ministerio S. Jer. XVII. v. 5. 2. Tim. II. v. 15. IV. v. 5. suam*  
 \* Vocatio Ministrorum & mediata est à DEO. Is enim ceu Dominus Messis mittit operarios, quamdiu messis durat, adeoque etiam hodiè usque ad extremum diem. Non autem mittit hodiè immediate. E mittit mediatè. *conf. Hülf. Brev. CXIX. §. 3. p. 604. Scherz. Syst. Loc. XXV. §. 13. p. 624.**

CA-



## CAPUT X.

### Vers. I.

**E**T in monte Marc. III. vs. 13. CONVOCATIS ad non demum electionem Luc. VI vs. 13. sed jam tum primam emissionem, Marc. VI. vs. 7. quæ tendebat ad Judæos, non multis I. Cor. I. vs. 26. sed tantum duodecim per XII. exploratores, Num. XIII. vs. 4. 5. præfiguratis discipulis suis Apostolis dedit, uti pridem Legis Doctori, Ex. IV. vs. 1. VII. vs. 10. 19. sic & illis doctoribus Evangelii, ceu literas credentiæ potestatem omnibus æqualem, Act. V. vs. 16. VIII. vs. 5. 6. 7. 8. XVI. vs. 18. non tamen per modum habitus infusi, sed *κατὰ παράστασιν* tantum, adversus spiritus immundos, qui rebus delectantur immundis, Matth. VIII. vs. 31. ut in nomine Christi, Marc. XVI. vs. 17. 18. Actor. III. vs. 12. 16. ejicerent ex obsessis eos. Donum hoc miraculorum solis Doctoribus extraordinariis ac immediatè vocatis, in confirmationem doctrinæ quæ Ecclesiæ plantandæ videbatur nova, concessum Exorcistæ Papatûs moderni falsò jactant. Et curarent omnes languores & omnes infirmitates. \* Christus est verus DEUS, Matth. IX. vs. 8. Joh. III. vs. 2. & Ministerii sui autor. Joh. XV. vs. 16. Eph. IV. vs. 11.

### II.

Duodecim autem Apostolorum nomina (confer Ex. XXXIII. vs. 12. 17.) sunt hæc eo maximè ordine hic recensentur Apostoli, quo singuli fuerant vocati. Primus *πρῶτος* non semper est quem secundus, tertius &c. sequuntur, sed quem antecedit nullus, Joh. VIII. vs. 7. sæpè idem est ac primus ætate Matth. XXII. vs. 25. vel ordine I. Cor. XIV. vs. 30. quandoque autem notat primarium, Marc. VI. vs. 21. Sic Petrus quoque inter pares audi.



audit primus, ætate, ordine, vocatione. Matth. IV. vñ. 18. Luc. V. vñ. 10. minimè verò gradu super inferiores. Talem enim Primatum, domini, potestatis ac Jurisdictionis Magister discipulis abjudicavit, Luc. XXII. vñ. 26. Petrus ipse detrectavit. 1. Ep. V. vñ. 3. & Apostolatus excludit, qui summus in Ecclesiâ gradus 1. Cor. XII. vñ. 28. Eph. IV. vñ. 11. jam summo non datur eminentius. Deinde nequidem hic ordo in recensione Apostolorum est perpetuus sed Petro præponitur Andreas Joh. I. vñ. 44. Paulus & Apollos 1. Cor. I. vñ. 12. III. vñ. 22. Jacobus Gal. II. vñ. 9. imò postponitur omnibus ipse, Marc. XVI. vñ. 7. 1. Cor. IX. vñ. 5. Simon qui dicitur Petrus Matth. XVI. vñ. 18. & Andreas frater ejus. \* Collegas in Ministerio S. quàm maximè decet *φιλαδέλφια*. Matth. XXIII. vñ. 8. 2. Petr. III. vñ. 15. 16. Apoc. XXII. vñ. 9.

### III.

Jacobus major Zebedæi filius, & piscator, Matth. IV. vñ. 21. & Johannes frater ejus, queis Christus nomina imposuit Boanerges, Marc. III. vñ. 17. Thesaurum DEI gestamus in fictilibus vasis, 2. Cor. IV. vñ. 7. XII. vñ. 9. Philippus ex Bethsaidâ oriundus adque Apostolatus vocatus, Joh. I. vñ. 43. 44. & Bartholomæus qui Indis prædicasse fertur ab *Enseb. H. E. lib. V. c. 10. f. m. 175.* Thomas ille postea adeò incredulus, Joh. XX. vñ. 24. 25. \* Vocationis divinitati qualitas subjecti non derogat. Rom. III. vñ. 3. Ez. XVI. vñ. 20. Ex. IV. vñ. 25. & Matthæus qui fuerat publicanus, uti in ampliacione ille quoque Simon & post purificationem adhuc audiebat *leprosus*, Matth. XXVI. vñ. 6. \* Pristini statûs memoria multum deprimit, Gen. XLI. vñ. 9. 1. Cor. XV. vñ. 9. 1. Tim. I. vñ. 13. & Jacobus minor Alphæi filius, epistolæ canonicæ autor & Lebbæus cognominatus Thaddæus, i. e. Judas, frater Jacobi. Luc. VI. vñ. 16. Nomen Judæ ex odio Ischariotæ h. l. fuisse omissum videtur Chemnitio, *H. E. cap. L. f. 407. a.* \* Non multos vocavit nobiles DEUS sed ignobiles potius eligit. Ex. IV. vñ. 10. 1. Cor. I. vñ. 28. 2. Cor. XII. vñ. 9. 10. Jac. II. vñ. 5. Jer. L. vñ. 6.

IV. Si-



IV.

Simon ad differentiam Simonis Petri Cananites (ἀναρ Ζε-  
lare sic dictus, i. e. Zelotes, Luc. VI. vs. 15.) & Judas Ischario-  
ta à patriâ Karioth Jos. XV. vs. 25. ita cognominatus, vid. D. V.  
Pfeiff. p. 898. qui & prodidit eum. Luc. XXII. vs. 48. \* Ec-  
clesia visibilis non est pura. Matth. XX. vs. 16. XIII. vs. 25. 47. 48.  
Rom. IX. 6. 8. 2. Tim. II. vs. 20. In arcâ Cham quoque fuit, conf.  
Matth. XXII. vs. 11. 12. & Artic. VIII. Aug. Confess. p. m. 11.

V.

Hos duodecim JESUS in messem, Ies. XLI. vs. 27. Matth.  
IX. vs. 38. Ioh. IV. vs. 38. misit. \* Quam maximè necessaria est verbi  
Ministris missio. Ier. XXIII, 21. Rom. X, 15. Ebr. V, 4. præci-  
piens non sibi, conf. Ioh. IV, 5. sed eis & dicens: In viam  
gentium (conf. Jer. II, 10. X, 23.) ne abieritis pro nunc,  
maceria Judæos inter gentesque nondum dirutâ, interdictum hoc (uti  
illud 2. Reg. IV. vs. 29.) fuit temporarium modò brevique revocatum,  
Matth. XXVIII, 19. Marc XVI, 15. Act. VIII, 5. 6. & in  
civitates Samaritanorum non tam divertendi quàm commo-  
randi gratiâ, conf. Luc. IX, 52. 53. ne intraveritis. Am ad  
regnum Gratiae sunt maturius, serius alii vocati. Luc. XIV, 21. 23.  
Ioh. X, 16. Act. XIII, 46. XVI, 7.

VI.

Sed potiùs, en particulam magis comparativam quàm exclu-  
sivam ite ad oves Matth. XV, 24. Act. III, 25. 26. XIII, 26.  
46. Rom. XV, 8. quæ perierunt domûs Israel. \* Liberum  
Arbitrium in spiritualibus homini est lapso nullum. Psal. CXIX, 176.  
Ies. LIII, 6. &c.

D

VII. Eun.



VII.

Euntes autem prædicate *πρωτως* ac summarie quia appropinquavit Matth. III, 2. regnum cœlorum. \* Evangelici ad cœlestia maximè adspirent. Matth. VI, 33. Col. III, 2. I. Joh. II, 15. 16. 17. Christi enim Regnum non est de hoc mundo.

VIII.

Infirmos curate, leprosos mundate, mortuos suscite, dæmones ejicite. In Ecclesiâ ita nascente præconium appropinquantis regni cœlorum ceu doctrina nova resplenduit miraculis. In Ecclesiâ autem adultâ Reformatio Lutheri non habuit opus, nec tamen omninò caruit, si prædicationis successum, conversionem populorum, mediorum infirmitatem, hostium potentiam, persequentium rabiem, Martyrum constantiam spectemus, modumque ab omni vi ac fraude alienum gratis charismata Spiritualia, e.g. Miraculorum donum fuerat planè gratuitum, accepistis, conf. Zach. XIV, v. 21. Ap. XXI, 6. Sap. VII, 13. gratis illa date 2. Reg. V, v. 15. 16. 2. Cor. XI, 7. Ap. XXII, 17. Jes. LV, 1. Aliud est quæstus (e.g. Indulgentiarum in Papatu) ac Simonia quando pro spiritualibus poscuntur temporalia, quod vetitum. 2. Reg. V, 23. 26. 27. Actor. VIII, 18. 19. 20. 21. XVI, 16. Aliud salarium accipere pro labore informationis quod licet. Luc. VIII, 3. X, 7. 1. Cor. IX, 9. 10. 11. 12. 13. Gal. VI, 6. Nam operarius est dignus cibo suo. Matth. X, 20.

IX.

Vos Apostoli (quid hoc ad Monachos?) in hac primâ ad Judæos quippe vobis propinquiores gentibusque hospitaliores missione, celerrimè prosequendâ, de nullis inde impedimentis viaticove nullo solliciti, sed soli providentiæ confisi, nolite. Si hoc fuit consilium modò evangelicum perfectionis ac sanctitatis, cur id Pontifices, Cardi-

Cardi-



Cardinales, Episcopi ac Prælati tot divitiis infringunt? Interdictum potius statuas legale ac singulare, quale & illud fuerat, 2. Reg. I V. vs. 29. maximè verò temporarium & in emissione mox secundâ revocatum, Luc. XXI, 35. 36. quale econtra votum paupertatis in papatu non est, sed potius obligat in perpetuum possidere. Μὴ κτήσηθε non rectè redditur: *ne possidete*; nam κτᾶσθαι magis propriè usque frequentiore notat *comparare* quippiam & *acquirere*, Act. I, 18. VIII, 20. XXI, 28. unde & h. l. aditum: εἰς τὰς ζώνας & εἰς ὁδόν, vs. 11. quin μὴ κτήσηθε redditur per μηδεὶς αἵρετε, Luc. IX, 3. nec aurum nec argentum Act. III, 6. nec æs, quod tamen Petrus piscabatur Matth. XVII, 27. in zonis vestris. Luc. X. vs. 4. XXII. vs. 35. Nihilominus Apostolis fuerunt loculi. Joh. XII. vs. 6. XIII. vs. 29. Dein Marc. VI. vs. 8. & assumptio panis in viam vetatur, quem tamen Monachi mendicantes non respuunt. \* In Ministerio S. non quæramus divitias. 2. Cor. XII. vs. 14.

X.

Nec pronunc in primâ profectione peram in viâ Luc. X. vs. 4. XXII. vs. 35. 36. nec binas tunicas quali amictu & Christus gaudebat, Joh. XIII. vs. 4. XIX. vs. 23. & fortè Paulus, 1. Tim. VI. vs. 8. nec superflua ὑποδήματα sive calceamenta. Concessa sunt, σαυδάλια, Marc. VI. vs. 9. uti & ipsi Christo fuerunt ὑποδήματα, Matth. III. vs. 11. Undè h. l. ἀπὸ καὶνῶν repetenda videntur δύο, geminum quippe calceorum par adeoque celerrimi itineris in quo esse expeditissimos oportuit, impedimentum modò prohiberi non adjumentum. Nec virgam defensoriam cuspide acutâ armatam Ex. XXI. vs. 20. 1. Sam. XVII, 40. baculus sustentationis Viatori non est prohibitus, Ex. XXI. vs. 19. Marc. VI. vs. 8. Nam en nihil hîc habetur de mendicantium regulâ, sed de mercede operariorum, dignus est operarius \* Ministerium verbi non est otium sed negotium. Math. XX, vs. 1. 1. Thess. V. vs. 12. 2. Thess. III. vs. 8.

D 2

1. Tim.



1. Tim. V, 17. 2. Tim. IV, 2. cibo \*Minister paucis, esto contentus  
 Luc. X, 7. 1. Tim. V, 18. conf. 1. Reg. XVIII, 19. suo. \*Mi-  
 nistro verbi debetur salarium non quidem pro ipso verbo, quod in-  
 estimabile, Psalm. XLIX, 11. sed pro labore. 1. Cor. IX, 7. 8. 9.  
 10. 11. 12. 13. Gal. VI, 6. vid. *J. A. Osiand. C. C. V. p. 560.*

## XI.

In quamcunque autem civitatem aut castellum  
 intraveritis, interrogate, \* Curatè inquirendum, & in di-  
 gnos scilicet epuli convivas, nisi sanctum dare canibus velis porcis  
 margaritas. Matth. VII, 6. quis in eâ sit indignus, non qui-  
 dem intrinsecè talis, aut ex meritis propriis, quis enim adeò dignum  
 inter oves quærat perditas? sed *ἐξ ἑαυτοῦ* h. l. est *aptus ac idoneus*,  
 uti Apoc. III, 4. ex Gratia Divina dignatione. 2. Thess. I, v. 5.  
 & ibi manete. Luc. X, 7. Mutare hospitium non licuit, id-  
 que ob vitandam omnem mali speciem. 1. Thess. V, 22. usque  
 exeatis. \* Conversandum non nisi cum probis. conf. Judic. XIX.  
 v. 12. 15. Prov. XIII, 20. Psalm. CXIX, 63.

## XII.

Intrantes autem in domum, conf. Judic. XVIII. v. 15.  
 salutate eam. conf. 1. Cor. XVI. v. 20. 2. Cor. XIII. v.  
 12. dicentes. conf. Matth. XXVIII. v. 9. Luc. I. v. 28. Pax  
 huic domui. Pax est omnium votorum summa. 1. Sam. XXV.  
 6. Psalm. CXXII, v. 7. 8. Dan. X, 19. Luc. X. v. 5. XXIV, 36.  
 Joh. XX. v. 19.

## XIII.

Et si fuerit domus illa digna facilis aditu ac patula pa-  
 ci, Luc. X. v. 6. veniet Pax (Christi) mea Joh. XIV, 27.  
 Coll. III. v. 15. vestra *διακονικῶς*, qui estis præcones Pacis Jes.  
 XXXIII, 7. LII, 7. LX, 17. 2. Cor. V, 18. 19. super eam.  
 conf.



conf. Jes. LV, 11. si autem non fuerit digna sed perversa. \* Evangelium Pacis animo libenti excipiendum. Deut. XXVIII, 1. 2. conf. Jud. III, 20. Act. X, 33. Pax vestra revertetur ad vos. \* Ut ut impius converti recuset, ad præconem tamen promissum redibit præmium Ezech. XXXIII, 9.

#### XIV.

Et quicumque non receperit vos. viribus quippe dativis, nec audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo. \* Verbum DEI nulli certo loco est alligatum. Actor. XIII, 46. vel civitate. \* Improborum sedes sunt vitandæ Gen. XIX, 17. 1 Reg. XIII, 8. 9. Apoc. XVIII, 4. excutite pulverem de pedibus vestris. Malorum consortia sunt manifestè detestanda. Nehem. V, 13. Luc. X, 10. 11. Act. XIII, 51. XVIII, 5. 6.

#### XV.

Amen dico vobis tolerabilius erit, Dantur tormentorum in Gehennâ gradus. Matth. V, 22. XI, 24. XXIII, 14. 15. Luc., X, 14. XII, 47. 48. Rom. II, 4. 5. Ap. XVIII, v. 7. terræ Sodomorum & Gommorrhæorum in die illo Luc. X. v. 12. magno Joe. II, 11. 31. iudicii extremi. Iudicii ita novissimi in scripturis tum *μετὰ τὴν αἰῶνα* tum æquitas *ἐν τῷ* asseritur. Matth. XIII, 41. XXV. 31. 41. Joh. XII, 48. Ebr. IX, 27. *Duas hoc loco res discimus & venturum esse iudicium, & cum mortuorum resurrectione venturum* inquit Augustinus Lib. XX. cap. 5. Civ. DEI. T. V. f. m. 1199. quam illi Judaicæ Civitati. Iudicium hoc erit quàm iustissimum Jes. LX, 12. Rom. II, 6. 2. Cor. V, 10. Apoc. II, v. 23. Nam Judæis plus scientia fuit minusque conscientia quàm Sodomitis. Sodomitarum peccata hæc maximè fuerunt, quòd riferunt Lothum, peccatumque commiserunt carnale impingentes in legem naturalem, Judæi verò blasphemarunt ipsum Filium DEI,

D 3

pecca-



peccatumque in Spiritum Sanctum adeoque delictum commiserunt spirituale contra tabulam primam legis scriptæ, quin etiam contra evangelium, quos DEUS summâ usque *μακροθυμία* sufferre stupendisque flectere miraculis diu diuque studuerat. Jel. V. vs. 4. Sodomitis verò nihil horum præstitit nec adeo connixit, sed perniciem fecit longè ocyorem.

## XVI.

Ecce ego ipse *Ἀρχιεπίσκοπος* ac omnipotens Joh. X. v. 28. mitto Luc. X. v. 3. vos sicut oves. Psalm. XLIV. vers. 23. Zach. XIII, 7. Matth. XXVI. v. 31. Malè argutantur Anabaptistæ. *Oves Lupis non repugnant. E. Ministris non licet se tueri in foro*; Nam Paulus quoque fuit ut ovis. Rom. VIII. v. 36 se tamen masculè tuebatur. Act. XXIV. v. 10 in medio luporum. Psalm. LVII. v. 5. Matth. VII, 15. Joh. X, 12. Act. XX, 29. 2. Cor. VII, 5. Quies ac felicitas externa non est Ecclesiæ veræ nota sed tessera ejus potius crux est. Matth. V. vers. 10. Joh. XV 1. vers. 20. Act. XIV. vers. 22. 2. Tim. III. v. 12. estote igitur in evitandis maxime periculis prudentes. Ministris quam maxime convenit & prudentia. Matth. XXIV. vs. 44. Luc. XII, 36. 37. 40. 1. Tim. III, 4. 5. sicut serpentes. conf. Gem. III, 1. Psalm. LVIII, 5. 6. Syr. XXV. v. 22. 2. Cor. XI. vers. 3. \* Ex brutis quoque exempla relucunt virtutum. Job. XII, 7. Prov. VI, 6. XXX. 24. 25. 27. 28. Jer. VIII, 7. Matth. VI, 26. vid. *Bachard Hieroz. II. f. m. 512. & Voss. Th. Gentil. lib. III. c. 67. p. m. 1085.* & simplices. *ἀκέραιος* à *κέραιος*, juxta Beza est innocuus ac indemnis, juxta E. Schmid à *κεράια* uniformis; commodissime autem juxta H. Stephani f. 138. derivatur ab a privativo & *κεράς*, sincerus sicut columbæ. quæ à milvio ac accipitre nec rostro se nec unguibus immunes præstant, sed iis innocuo tantum alarum se remigio subducunt. \* Ministri in persecutione fugere personali fas est Psalm. LV. v. 7. 8. Matth. X, 2, XXIV, 15. 16. 1. Reg.



1. Reg. XVll, vs. 1. 2. Amos. Vll, 12. Ap. Xll, 13. 14. *vid. Dorsch. Theol. Mor. p. 226.*

## XVII.

Cavete non legitur, uti vellent Eremitæ: *planè abstinete*; hoc enim impossibile, 1. Cor. V, 10. sed *cavete* ab hominibus lupis malignis Joh. II, 24. 25. tradent enim vos Marc. XIII. vs. 9. Luc. XXI, vs. 12. Joh. XVI, 2. Ap. II, 10. \* Nulla nobis crux aut perfectio accidit fortuito sed omnes divinitus sunt prædictæ ac definitæ. Joh. XVI, 1, 1. Thess. III, 4. in synedria magna, quorum quinque in Judæâ Gabinius ordinavit *apud Joseph. lib. I. d. B. 3. vid. Hildebr. AA. p. 139.* \* Confessio fidei necessaria est præsertim si requiratur à Magistratu. Joh. XVIII, 37. 1. Tim. VI, 37. *Bald. C. C. p. 73. b.* & in synagogis suis flagellabunt vos. \* Fideles nullibi durius tractantur, quàm in mediâ Ecclesiâ. Act. V, 40. 41. 2. Cor. XI, 24. Ebr. XI, 36. At in hoc quoque Christo evadunt conformes.

## XVIII.

Et ad præfides infideles Act. XXII, 24. XXIV, 5. & ad reges Act. XXV, 12. 24. XXVI, 32. ducemini propter me. Non pœna sed causa (Christi) facit Martyrem Matth. V, 10. 2. Cor. IV, 11. 1. Petr. IV, 16. Ap. XX, 4. in testimonium indurationis ac reprobationis Luc. XXI, 13. IX, 5. Phil. I, 28. 2. Thess. I, 5. illis & gentibus Matth. XXIV, 14. Qui Ministerium salutis proculcant, illorum condemnatio est quam justissima. Matth. XXII, 8. Act. XIII 46. Rom. III, 8.

## XIX.

Cum autem tradent vos Apostolos nolite anxie cogitare Marc. XIII, 11. Luc. XII, 11. 12. XXI, 14. in Apologiis sc.  
extra.



extraordinariis. Si quis interdictum hoc ad sermones quoque ordinarios trahere vellet ac nec illi amplius forent meditandi, idem esset ac si nullam amplius curam de τοῖς βιωτικοῖς agere vellet quod pariter dictum: μὴ μεσημεριάζετε Matth. VI, 25. 27. 28. 31. 34. quomodo & quid loquamini. πῶς καὶ τί, adeoque Elogia Dei non tantum quoad rem sed & quoad modum, id est, non tantum quoad sensum sed & quoad verba sunt θεόπνευστα. Ps XLV. vs. 2. 1. Cor. II, 13. 2. Tim. II, 15. *conf. J. Musæ: Introd. in Theol. p. 265. & Scherz. Syst. p. 8.* dabitur enim divinitus vobis in illâ horâ, Luc. XII, 16. quid loquamini, \*Prophetis ac Apostolis nihil humani excidit, nihil ad erroneam vulgi opinionem devii. Ex. IV, 11. 12. Num. XXII, 38. Jes. LI, 16. 17. LI X. vs. 21. Jer. I, 9. Ez. III, 27. Act. IV, 13. 29. 1 Joh. II, 27.

## XX.

Non enim tantum vos estis, sic particula οὐκ sæpè sumitur comparative Joh. VII, 17. XIV, 2. XII, 44. Eph. VI, 12. qui loquimini sed potius Spiritus Patris vestri qui loquitur Act. VI, 10. 2. Petr. I, 21. in nobis. 2. Sam. XXIII, 2. Hos. I, 2. \* Doctrina Evangelica non ex ratione est sed revelatione. Joh. XIV, 16. Luc. X, 16.

## XXI.

Tradet autem frater fratrem in mortem e. g. Alphonsus Hispanus fratrem Diazium ob agnitam Evangelicam doctrinam securi percûti per latronem curavit, *vid. Seidan. Lib. XVII. ad Ann. M. D. XLVI. p. m. 274. b.* & Pater filium. Platina in Gregorio scribit Hermichildem à Patre, Gotthorum Rege, Arriano, interfectum esse, quod fidem Catholicam profiteretur & insurgent filii in parentes quod accidisse refert Gregorius Nyss. in vitâ Gregorii *βαρμης*: Σεπὴ persecutione excitatâ adversus Christianos, quibus ille



ille *θαυμαστος*: præerat, *summa*, inquit, erat in gente confusio, magna-  
que trepidatio, omnibus inter se suspectis, non Patribus filiorum be-  
nevolentia in discriminibus atque periculis permanente, non filiis fi-  
dem paternam curationem spondente natura, sed familie atque co-  
gnationes alie ab aliis in religionum sectas diductæ dissidebant: ac  
filius Græcorum errores amplectens, fidelium parentum proditor, fi-  
lii fidem amplexi pater in infidelitate manens accusator erat; frater  
item eadem de causâ naturam oppugnabat, fas esse judicans à con-  
sanguineo pœnas expetere, si pietatem amplecteretur. & morte  
eos afficient. Non opus est pessimo hoc ævo illa Julii Cæsaris,  
quæ apud Lucanum extant, hominibus per se furentibus accinere:

-- -- Non vos pietatis imago  
Ulla, nec adversa conspecti fronte parentes  
Commoveant, vultus gladio turbate verendos.

## XXII.

Et eritis odio omnibus improbis, hominibus Psal.  
LXIX, 5. Matth. XXIV, 9. ob nomen meum Joh. XV, 18. 19.  
Act. V, 41. \* Crux piorum gloria potius est quàm ignominia. Rom.  
V, 3. Gal. VI, 17. 1. Petr. IV, 16. qui autem perseverave-  
rit. \* Fideles gratiâ DEI excidere à fide deficere & Spiritum S.  
possunt excutere, aliàs tot ad perseverantiam exhortationes forent su-  
pervacaneæ. Matth. XXIV, 13. Luc. XXI, 28. 29. 30. 2. Tim.  
II, 5. Ebr. III, 6. Ap. II, 10. III, 11. salvus erit \* fides *πιστις*  
*καρπὸς* vera quidem est, sed non salvifica, sola autem perseverantia co-  
ronat. 1. Cor. IX, 24. Ebr. VI, 11.

## XXIII.

Cum persequentur vos persecutione personali, in ista  
ad quam, non tamen solam, vocati estis Apostoli, civitate, fugite  
adeoque invito territorii Domino manere, aut prædicare aut armis  
E obni-



obniti adeò non licet, ut potius solum vertere præstet. *vid. Hülfem. Brev. C. XX. th. 11. p. m. 774.* in aliam. Nec injustè remoto contra voluntatem Domini territorii manere licet. 1. Reg. XIX, 3. Matth. XII, 15. Luc. IV, 30. Act. IX, 25. *vid. Osiand. C. C. V. p. 534.*

## XXIV.

Non est discipulus quamdiu & quà talis supra Magistrum. Etsi Laici probent ipiritus 1. Joh. I, 1. ad cavendum pseudoprophetas. Matth. VII, 15. supra Magistros tamen se non extollunt, nisi Berrhoënses quoque se supra Paulum extulisse dicas. Act. XVII, 11. nec servus supra Dominum suum. Joh. XIII, 6. XV, 20. Quanto minus ille qui servus servorum vulgò audit, extollat se supra omne *σέβασμα*?

## XXV.

Sufficit discipulo ut sit Luc. VI, 40. sicut Magister in iis quæ docet Magister & servo sicut dominus ejus. \*summa fidelium gloria est in cruce fieri conformes Domino crucifixo. Rom. VIII, 17. 2. Cor. IV, 10. Gal. VI, 17. 2. Tim. II, 12. Ebr. XI, 26. XII, 2. XIII, 13. 1. Petr. II, 21. si Patrem familias Ecclesiæ quæ est domus DEI, 1. Tim. III, 15. Beelzebub vocarunt, Matth. XII, 24. quanto magis domesticos ejus? \*Convitia sunt fidelium Ministrorum præmia in hoc mundo. 2. Reg. II, 23. IX, 11. Jer. XV, 10. Joh. VII, 12. VIII, 48. 52. IX, 16. 24. X, 20. Luc. XXII, 65. XXIII, 39.

## XXVI.

Ne igitur timeatis Ps. III, 7. XXIII, 4. XXVII, 1. 2. Jes. VIII, 12. Jer. I, 8. Ez. II, 6. nihil enim sceleris opertum, quod non revelabitur Gen. IV, 10. Job. XII, 22. 2. Sam. XII, vi, 12.



XII, 12. & opus bonum fidelium occultum, quod non scietur. Psal. XXXVII, 6. Matth. VI, 4. 1. Cor. IV, 5.

### XXVII.

Quod Myſterium e. g. de Trinitate, S. Cœnâ, regeneratione &c. dico in tenebris κατὰ μύνας, Marc. IV, 10. intra privatos parietes, inque horis ac ſcholis privatis, in meris enim tenebris nihil eſt locutus, Joh. XVIII, 20 dicite non in tenebris lingue ignotæ ſed apertè ac perſpicuè in lumine publico, Jeſ. XL, 9. Matth. V, 15. Luc. VIII, 16. E contra Bellarminus Lib. IV. c. 11. d. verb. DEI vult quædam non eſſe dicenda omnibus ſed ſoli Clero; præſertim de Prædeſtinatione conferre in publico offendiçuli fore plenum ſtatuit Beza in Coll. Montisp. p. m. 375. At omnis ſcriptura utilis eſt, Rom XV, 4. 2. Tim. III, 16. ideoque palàm prædicanda. Act. XX, 27. E contrario doctrina quam ſive Pontificii ſive Calviniani candide proponere in publico non audent, falſitatis ac turpitudinis merito ſuſpecta eſt non nobis tantùm ſed Remonſtrantibus quoque in Def. p. 272. & quod in aurem auditis, ſuper ſectis conf. Jer. XXXII, 29. Act. X, 9. prædicate. In lingua cognita populo peragi ſacra præſtat quàm ignotâ, uti nec Chriſtus nec Apoſtoli in linguis vulgo ignotis prædicarunt. 1. Cor. XIV. v. 5. Act. II, 6. XXII, 2. vid. Kortbold. pec. Tract.

### XXVIII.

Et nolite timere tam eos Psal. CXVIII, 6. 7. 8. Jeſ LI. v. 7. 12. Act. V, 29. qui occidunt corpus. Sap. XVI, 14. animam autem non poſſunt occidere. \* Anima noſtra eſt immortalis, Eccleſ. XII, 9. Luc. XXIII, 43. Phil. I, 23. Act. VII. v. 59. ſed potiùs Act. IV, 19 timete eum. \* Iſe DEUS magis timendus eſt quàm infernus. Qui poteſt. Anima noſtra in nullius mortalis nedum Papæ ſed ſolius DEI manu eſt. animam & corpus. \* Quanto præſtat anima corpore, tanto plus meretur

E 2

curæ



curæ. 1. Petr. II, 11. IV, 19. perdere non dicit ἀποκείναι sed ἀπολέσαι, quæ vox abolitionem dicit non semper substantialem sed quandoque statûs tantûm ac conditionis deteriorationem, Marc. I, 24. II, 22. Matth. X, 6. in gehennam Matth. XVI, 26. Impii non annihilabuntur, sed ipsi resurgent. Dan. XII, 2. 2. Joh. V, 28. 29. quod cruciatus sunt patiendi non tantum animæ Rom. II, 9. sed & corpori. 2. Cor. V, 10.

## XXIX.

Nonne duo passeressæ esse veneunt, unus ex illis  
 \* Providentiæ divinæ objectum sunt & singularia & vilissima Psalm. CXLVII, 9. Matth. VI, 26. non cadit in terram ineptè hoc Tossanus detorquet ad Lapsum Moralem Adami, sine Patre vestro. \* Nihil fit in terris fortuitò, sed DEI providentia se extendit ad maximè contingentia quoque, Gen. XXII, 8. 13. Deut. XIX, 5. Prov. XVI, vs. 33. XXI, vs. 31.

## XXX.

Vestri autem capilli \* DEUS & minutissima curat. 1. Sam. XIV, 45. 2. Sam. XIV, 11. 1. Reg. I, 52. Dan. III, 27. Luc. XII, 7. XXI, 18. Act. XXVII, 34. Inde tamen Pontificii malè colligunt, Sanctorum reliquias esse colendas, sic enim omnes colere capillos oporteret, quos & vivorum capitibus excidere Divina pronœa non permittit singuli sunt numerati, DEUS in numero habet omnia, Sap. XI, 22. tum dies mortalium Psal. CXXXIX, 16. tum lachrymas Psal. LVI, 9. atque ossa Psal. XXXIV, vs. 21. Non valet consequentia Anabaptistarum: *DEUS omnes nostros numeravit capillos, E. Magistratu non habemus opus*; Nec Paulo enim casurus erat capillus, Act. XXVII, 34. qui ad Cæsarem nihilominus provocavit. Act. XXV, 10. utpote vindicem bonorum Rom. XIII, 4. divinitus constitutum.

XXXI. No.



### XXXI.

Nolite itaque timere Jer. XVI. vers. 27. 28. multis passeribus estis meliores. \* Quo præstantior homo cæteris est animantibus, Job. XXXV. v. 11. eò magis ipsi prospicit DEUS. Matth. VI. vers. 27. XII v. 12. Luc. XII. v. 24. 1. Cor. IX. v. 10.

### XXXII.

Qui confitetur me. sincerè ac finaliter Act. VII. v. 58. 59. coram hominibus. Psalm. CXVI, 10. Joh. IV. v. 42. XI, 26 27. cum, en non legitur: *Ideo*; sed simpliciter *cum* coram Patre meo qui in cœlis est confitebor: \* Non sufficit ad salutem nosse Christum, ipsum & profiteri oportet. Jesaia XLV, 23. Rom. X, 10. Phil. II. 10. 1. Tim. VI. vs. 12. unde & Augustinus: *Fides à nobis officium exigit & cordis & lingue*, cap. I. d. fid. & Symb. T. III. f. m. 139.

### XXXIII.

Quisquis autem. 2. Petr. II. v. 1. Judæ v. 14. me non dicat Christus: *me non confessus fuerit*; sed negaverit coram hominibus finaliter conf. Prov. XXX. vers. 8. 9. negabo & cum. Matth. VII. v. 23. XXV, 12. 41. coram Patre meo, Luc. XII. v. 9. qui non inclusivè sed gloriosè in cœlis est. \* Religio Vera nullo modo dissimulanda est, cum hæreticis ne in adiaphoris quidem colludendo, nedum in cultu falso symbolizando. Psalm. XVI, 4. Marc. VIII, 38. 1. Cor. X. vs. 14. 2. Cor. VI. v. 14. Eph. VI. v. 11. 1. Thess. V, 22. 1. Petr. III. v. 15. *conf.* *Becani Manual. Lib. V. c. 3. 4. 5. f. m. 1549. 1550. Rivet. T. II. f. 49. & Gis. Voet. Part. III. Diss. Sel. d. Idololatriâ participatâ, pag. 234. & præsertim 274. Ex nostris. vid. Thum. Dec. pag. 87. B. Osiand. C. C. I. p. 771. Dannh. Th. Consc. I. p. 649. & Meisn. in Hof. pag. 492.*

### XXXIV.

Nolite arbitrari quod ego Rex pacis Joh. XIV. v. 27.  
E 3
qui



qui ad pacem spirituales doctrinā meā totus collimo Jes. II. v. 4. XI, 6. Matth. V, 39. Joh. XIII. v. 34. 35. XVII. vers. 11. 21. venerim, pacem externam ac mundanam mittere in terram Joh. XVIII, 36. non veni pacem mittere sed *ἐξβατικῶς* (Verbis quippe activis non semper finis innuitur intentus, sed nudus modo eventus etiam saepius. Num. XXXII, 14. Luc. II. v. 34. Joh. IX, 39. vid. Glass. Ph. S. p. m. 591.) gladium i. e. *διαμερισμὸν* Luc. XII. v. 51. qui doctrinam ita Evangelicam sequitur non per se ex ipsius indole, sed per accidens tantum ex vitio Auditorum, i. Reg. XVIII, 17. Am. VII, 10.

### XXXV.

Ego enim qui aliās luposque hēdosque in unitate spirituali combino. Jes. XI. v. 6. 7. Rom. XII. v. 8. I. Cor. XII, 13. 14. Eph. II. v. 16. IV, 14. Coll. III. v. 16. Veni *ἐξβατικῶς* v. not. vers. precedentis. dirimere hominem à patre suo. Mich. VII, 6 & filiam à matre suā. Prov. XV. v. 20. & nurum à focu suā. \* Pietas invisa est etiam propinquis. Gen. IV. vers. 8. XXI, 9. XXVII, 42. Num. XII, 1. Jes. IX, 20. Marc. III. v. 21. Jer. IX. v. 4.

### XXXVI.

Et inimici hominis electi domestici ejus reprobi, Jer. IX, 4. 5. Joh. VII. v. 5. Psalm. XLI. v. 10. Hinc Tertullianus Apologet: Cap. VII. nomine Christianorum loquens ait: *etiam domesticis quotidie nostris obsidemur, quotidie prodimur.* Sic Hieronymus Catal. Scriptur. Eccles. refert, Apollonium Romanæ urbis Senatorem sub Commodo Principe à servo Severo proditum, *quod Christianus esset*: atque de servis Christianorum Viennensium & Lugdunensium narratur apud Eusebium, eos Judicem falsò testatos esse *heros Thyestæas cœnas & incestus œdipodis exercere.* Lib. V. cap. 1. Hist. Eccles. f. m. 156.

### XXXVII.

Qui amat in confessionis casu necessitatisque, ubi aut Parentes deferendi, aut, Christus patrem aut matrem suam præfer-  
tina



tim bona e. g. crucis susceptionem vers. XXXVIII. commendatam, prohibentes plus me, non est me dignus. Hoc non solos at-  
tinet Monachos sed omnes Christianos & qui diligit filium aut  
filiam plus me, non est me dignus. \*Præceptum dilectionis  
proximi cedit præcepto dilectionis DEI. Gen. XII. v. 1. XXII. v. 3.  
Psalm XXVII. v. 10. Matth. VIII, 21. 22. Luc. XIV. v. 26. Act.  
V, 29. Ebr. IX. v. 24. 25. 26.

### XXXVIII.

Non dicit Christus: *Qui non fabricat*; sed *Qui non ac-*  
*cipit* (accipere idem sæpè est, ac capere aliunde, e. g. à DEO;  
Job. II. v. 10. Matth. XXIII. v. 14. Luc. XX. v. 47. Joh. XX.  
v. 23. 1. Cor. IV. v. 7. crucem suam, & patienter me sequi-  
tur, non est me dignus. \* Omnis Christianus crucianus.  
Matth. XVI. v. 34. Marc. VIII. v. 34. Luc. IX. v. 23. XIV. v.  
27. Joh. XII. v. 26. Rom. VIII. v. 17. 1. Petr. II. v. 21.

### XXXIX.

Et qui invenit. id est, invenisse putat, verba sæpius  
enim *Φαινομένως* tantum capiuntur, Matth. vers. XIII. vers. 12.  
Joh. IX. vers. 39. Rom. VII. vers. 9. vitam suam, perdet  
illam. \*Cruz Christi præstat ipsâ vitâ. Matth. XVI. v. 25. Marc.  
VIII. v. 35. Luc. IX. v. 24. XVII. vers. 33. Joh. XII. vers. 25.  
& qui perdiderit animam suam propter Me, non qui-  
dem *αυτοχειρι* aut ex præposterâ devotione, uti quidam, ut ani-  
mam suam viderentur odisse, semetipsos interemerunt apud Augu-  
stinum *tractatu LI. in Joh. T. IX. f. m. 375.* sed propter Chri-  
stum nullâ habita vitæ ratione morti illam libenter exposuerit  
inveniet illam. Luc. XVII. v. 33. Joh. XII. v. 25. Splendi-  
dum Martyres manet præmium in cælis. Matth. V. v. 10. 11. 12.  
XIX. v. 28. 29. Rom. VIII. v. 18. 2. Cor. IV. v. 27. 2. Tim.  
II. v. 11. 12. Apoc. II. v. 26. 27. Hinc Salvianus: *Perde te ipse,*  
*ne pereas.* & Paulò post: *Dilige itaque hanc tam salubrem perditio-*  
*nem, ut assequaris veram salutem.* Libr. V. de Gubern. DEI. p.  
m. 102.

XL.



XL.

Qui vos recipit Gal. IV. v. 14. 15. me recipit Luc. X. v. 16. Joh. XIII. v. 20. Adeoque hospitalitas etiam gratuita magnus tamen quaestus est. Luc. XIX. v. 9. Ebr. XIII. v. 2. qui me recipit recipit eum qui misit me. Tam arcta est unio Mystica, ut DEUS, quæ fidelibus præstantur, appropriet sibi. Prov. XIX. v. 17. Jes. LXIII. vers. 9. Matth. XXV. v. 40. 1. Thessal. IV. v. 8. Eb. VI. v. 10.

XLI.

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. 1. Reg. XVII v. 20. XVIII. v. 4. 2. Reg. IV. v. 1. 2. Jer. XXVI. v. 24. Matth. V. v. 12. Act. XVI. v. 14. XVIII. v. 2. & qui recipit justum imparativè talem. Hab. II. v. 4. in nomine justī Joh. XVII. v. 24. mercedem justī accipiet. Matth. XXV. v. 23. \* Diversi ita erunt gloriæ æternæ gradus. Dan. XII. v. 3. Luc. XIX. v. 21. 1. Cor. XV. v. 42. 2. Cor. IX. v. 6.

XLII.

Et qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ non calidæ, ne pauper penuria lignorum in hoc officio posset impediri, observante Hieronymo s. h. l. tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet gratuitam suam mercedem. Beneficentia certissimam habet remunerationem. Prov. XI. v. 25. Matth. XXV. v. 34. 2. Tim. I. v. 16.

S O L I D E O , G L O R I A .

*Coll. diss. A. 208, misc. 20*

c